



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae.|| In hoc libro ... admiranda quædam ac
planè obstupenda, de septem ec-||clesiæ statibus,
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem
calamitatibus ex sanctor[um] pro-||phetijs & ...**

Pürstinger, Berthold

Coloniæ, 1531

VD16 ZV 12498

Quo tempore & loco futurus sit secundus Christi aduentus. Ca. 63

urn:nbn:de:hbz:466:1-29969

ptiones, vel infra in morsu conscientia, vbi quisq; ad sui reformationem corripitur vel commouetur. Tertio aduenit Christus extra per peculiare extremum iudicium cuiuslibet animae quando exit à corpore.

¶ ca. 54. §. 8
 & j. c. 63. §. 4
 §. c. 17. §. 11.
 & §. c. 57. §. 12
 §. c. 41. §. 5.
 & j. c. 64. §. 1
 §. c. 60. §. 3. &
 l. ca. 63. §. 1.
 & j. c. 69. §. 8
 §. c. 33. §. 3. &
 §. c. 19. §. 15.
 §. ca. 61. §. 5
 j. c. 70. §. 4.

XIX § Redeo ad generalem Christi secundum aduentum, cuius annuntiatores seu praecursores primi, sed tamen remoti, censentur olim fuisse Franciscus, Dominicus, Bernhardus, alijve boni viri, qui sua doctrina & vigili concione laborarunt pro reformatione euangelici status, vt in corda fidelium reduceret Christum iam diu despectum, illusum, & contemptum. Quemadmodum hodie nonnulli animosi, nouo studio etiam cum importuna cleri reprehensione, nituntur sacrascripta retorquere in reformationem ecclesiae. Sed timeo ne nihil proficiant, carentes bono zelo, vtentesque acerbis disputationibus, friuolisque inuectionibus, reformatione ecclesiae tandem referuata soli Christo, qui & synagogam solus reformauit, ideo sua ecclesia iam pene dilacerata solus refarciet atque docebit in futuro suo secundo aduentu, qua die filius hominis reuelabitur. Enoch autem & Helias erunt proximi praecursores eiusdem secundi aduentus Christi, sed remoti annuntiatores tertij aduentus ipsius Christi, qui in extremo iudicio omnia iudicabit atque consummabit. Sic & Dauid fuit remotus concionator primij aduentus Christi, quem Iohannes Baptistia, vti proximus eius praecursor, praesentem demonstrauit.

Luc. 17

Ionã. 1.

¶ Quo tempore & loco futurus sit secundus Christi aduentus. Cap. LXIII.

§. c. 62. §. 11.
 §. c. 57. §. 12.
 & j. c. 64. §. 3
 §. ca. 4. §. 6.
 §. ca. 61. §. 2
 §. c. 62. §. 10
 & j. c. 64 §. 4
 §. c. 53. §. 1.
 & j. c. 66. §. 4
 §. c. 32. §. 10
 §. ca. 4. §. 3.

DE secundo Christi aduentu valet intelligi illud Sapientis: Cum quietum silentium teneret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus domine exiliens de caelo aequalibus sedibus, durus debellator in media exterminij terra praesiliuit, gladius acutus, simulatum. i. non fictum imperium suum portans, & stans repleuit omnia morte. Et si dicat statim venire ad templum suum dominator, tamen quis poterit cogitare diem aduentus eius? Quamobrem discipuli de futuris territi periculis per verba Christi, ipsum secreto interrogauerunt: Dic nobis (inquiunt) quando haec erunt, & quod signum aduentus tui? Quibus respondit: Non est vestrum nosse tempora & momenta quae pater posuit in sua potestate. De die autem illa vel hora nemo scit nisi pater, neque angeli in caelo, neque filius hominis, utpote secundum suam humanitatem, nisi scientia visionis in verbo. Vigilate ergo, quia nescitis quando tempus sit: veniet namque dominus noster in die qua non speramus, & hora qua ignoramus. Quonia sermones aduentus tam Antichristi quam veri Christi, sunt clausi & signati scilicet grauius obscuritatibus, Porro docti intelligent.

Sap. 18

Malach. 3

Mat. 24

Luc. 21

Mar. 13

Act. 1.

Mat. 24

Danie. 12. &

Tho. 4. 4.

43. ar. 3. q. 2.

Iohan. 16

Act. 1.

§. c. 62. §. 19
 & j. c. 66. §. 9

I § Rursus ad discipulos Christus ait: Cum uenerit paracletus ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, & quae uenerunt sunt annuntiabit uobis. Et alibi: Sed accipietis uirtutem spiritus sancti superuenientis in uos, quasi dicat: Non est uestrum. i. a uobis, sed a spiritu sancto est, per quem de Antichristi tyrannide, & de veri Christi illustratione, ac de alijs secretis prophetabit. Per illa autem uerba, Sed accipietis uirtutem, &c. non tollitur ignorantia temporum, aliorumue secretorum, sed diuinum, quo indigemus, adhibeat auxilium. Tempora enim futurorum praecise nescimus, licet determinatione seu coniecturas de futuris sumere possimus ex argumentis & obiectis praesentibus seu praeteritis, nil tamen certi futurorum affirmandum est, tamen si mala appropinquent & frequenter, citoque, & in proximo compleantur ea quae nobis aduersa sunt praenuntiata. Nam etiam archangelus Ieremiel futura partim nesciuit, quod Esdrae de futuris euentibus interroganti respondit, dicens: De signis quidem futurorum ex parte possum tibi dicere, de uita autem tua non sum missus dicere tibi, sed nescio. Deus quoque Iohanni dixit: Ne signaueris uerba prophetiae huius, ecce uenio cito, quia vnus dies apud dominum sicut mille anni, & mille anni sicut vnus dies, & tanquam hesternus qui praeteriit. Item: Tanquam momentum statera, sic est ante deum orbis terrarum. Vnde apparet, iudicium, quod apud deum cito futurum narratur, nos reputamus prolongari tempore, quauis pro nostra existimatione cito non ueniat idem iudicium, certe tamen aliquando eueniet, ideo deus perhibetur suam promissionem non tardare.

Augusti. 18.

de ci. dei. 53.

4. Esd. 4

Apoc. 22

2. Pet. 3

Esa. 40

§. in pl. §. 6
 j. eod. §. 4.
 j. in pri. cocl.
 §. ca. 35. §. 6
 §. c. 62. §. 14
 §. ca. 53. §. 15

j. ca. 62. §. 4
 & j. c. 66. §. 3
 §. c. 62. §. 17

§. ca. 29. §. 5

II § Quocirca angelus Iohanni praecipit, ne signaret uerba prophetiae libri

Apo. 22

QVO TEMPORE ET LOCO FUTVRIS. &c.

- Apoca. 3. niam ad te tanq̄ fur. i. ex improviso, & nescies qua hora veniã, vigilate igitur, q̄a
 Luca. 12. nescitis diẽ neq; horã. Dies quippe domini adueniet hora qua nescimus, & cum
 Matt. 25. magna terribilitate sicut fur, in quo cœli magno impetu trãfient.
 2. Petri. 3. III § Præterea quod fit vno momẽto coram incomprehensibili maiestate
 7. Bir. 15. dei, hoc seriose monstratur per interualla similitudine corporali, vt humanus in-
 1. Theff. 5. tellectus capere possit. Hinc apostolus ait: De temporibus & momentis nõ indi-
 Apoca. 3. getis vt scribamus vobis, ipsi em̄ scitis quia dies dñi sicut fur in nocte ita veniet.
 Cœn em̄ dixerint pax & securitas, tũc repentinus eis superueniet interitus, sicut
 dolor in vtero habẽtis & nõ effugient. Vos autem nõ estis in tenebris, vt vos dies
 illa tanq̄ fur comprehẽdat. Igitur nõ dormiamus sicut & cæteri, sed vigilemus &
 sobrii simus, quoniam nõ posuit nos deus in iram.
 2. Petri. 3. III § Expectemus in super atq; præparemus nos in aduẽtum diei domini,
 Matt. 24. per quem cœli ardẽtes soluẽtur, & elementa ignis ardore tabescent. Istud tamen
 considerandum est quod aduẽtum Antichristi, pariter & extremum iudiciũ plu-
 ra signa præuenient, iuxta euangelicam narrationem atq; propheticam, tribula-
 tio autem nobis modo propinqua, veniet absq; signis, licet aliquotiens iudicia fu-
 turorum præsumantur. Repentina equidem dies illa tanquã laqueus superueniet
 in nos, qui sedemus, id est, quiescimus super faciem terrenorum. Imò iuxta Esdre
 prognosticum videtur iam venire atq; adesse nostræ calamitatis hora, de qua sal-
 uator prædixit, quod vnusquisq; de Pergat in propria, scilicet cõmoda, & Chri-
 stum solum, id est, neglectum & despectũ reliquit, quẽ admodum sit nostro iam
 Iohan. 16. tempore. Consequens ergo est vt deus ceu testis velox, ad nos accẽdat, quia nũc
 Malach. 3. est iudiciũ mũdi, & venit hora vt clarificetur filius hominis, in primis modo per
 Iohan. 12. imminentes plagas, deinde manifeste per secũdum suum aduẽtum, quo princeps
 huius mũdi, scilicet Antichristus eiẽctur foras.
 Iohan. 12. V § Sunt autẽ duodecim horæ diei, & iã est hora nos à somno surgere, quia
 5. c. 62. § 7. nouissima hora est. Et animæ hominũ hora periclitãtur, quoz corpora (vt in Bir-
 Iohan. 11. gitta narratur) quasi bestię prosternũtur, ideo eoz animæ quasi nix descẽdũt in
 Roma. 13. infernum. Beatus igitur qui vigilat & custodit vestimẽta sua, s. in die aduẽtus dñi
 1. Iohã. 2. ne nudus à virtutibus ambulet & angeli videãt turpitudinẽ eius.
 4. Bir. 103. VI § Cæterez ex quo locus primi aduẽtus constitit certus, vtpote in Beth-
 Apoca. 16. leem, hinc quidam præsumũt, secũdum Christi aduẽtum iri completũ in Bethle-
 Eccle. 1. em, vt vbi iustitiæ Christus sus est ortus atq; occidit, ibi ad locũ suũ reuer-
 Eccle. 6. tatur, quoniam om̄ia ad vnũ locũ operãt. Aliqui existimant Christũ secundo
 Exodi. 3. apparitũ in monte Oreb, vbi dominus apparuit Moyfi, qui stabat in loco san-
 cto. Atqui locus ille, quemcunq; Christus ad secũdum vel tertium suũ aduẽtum
 Gen. 28. elegerit, est à nobis incognitus, quoniam Iacob patriarcha nesciebat locũ terribi-
 Deut. 12. 14. lem, in quo vere dominus erat. Idem profecto locus sanctus erit quem deus eli-
 Iob. 18. get, vt ponat nomen suũ ibi & habitet, id est, appareat in eo, & vt ibi nomen eius
 Deute. 32. inuocetur. Sed quo ad impios & illos qui ignorant deũ, erit locus horrores & va-
 Miche. 1. ste solitudinis. Egrediet nãq; dominus de loco sancto suo, & descẽdet, calcabitq;
 Esaie. 26. super excelsa terræ, vt visitet iniquitatem impioz. Cõtra quos Christus ascẽdet
 Iudith. 13. eminus, & iubebit fieri silentium. Ad quẽ dicitur: Respice cũctos superbos, & cõ-
 Iob. 40. funde eos & cõtere ipsos in loco suo. Tũc illi om̄es turbabũtur à facie eius. Sed
 Psal. 67. specialiter cõtra Antichristũ mittet fulmina, quæ ad locũ alium nõ ferentur. Vbi
 Iob. 41. autẽ dñs Iesus illustratione sui aduẽtus Antichristũ interficiet, vel vbi extremũ
 1. Theff. 2. iudicium exercebit, nõ cõstat. Siquidem illius vtriusq; loci semitam auis ignorat,
 Iob. 28. & oculus vulturis nõ est intuitus, quia lapides eiusdem loci sunt saphyri, & glebæ
 2. Mach. 2. illius auz. Hinc scriptum est: Ignotus erat locus, donec cõgreget deus cõgrega-
 tionem populi & propitius fiat, tũc dominus ostẽdet hæc, & apparebit maieestas
 domini, & nubes erit sicut & Moyfi manifestabit. Locus vero, in quo Antichri-
 stus apparebit, conijctur esse Corozaïm, vt supra notauĩ.

¶ Quid